




RECUEIL
DE
VERS

DE L'ONNI
E

DE L'ONNI
E

DE L'ONNI
E

DE L'ONNI
E





UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE

13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.

SIGB

Sibil

SU

Cote


U 65 in-4

1153320433



H. F. u. 65.

~~D. X. 58.~~



N. II. 55 pièces

titre

Recueil

de

vers

de l'Université

E

à relier en veau

Table générale des pièces contenues Dans ce Volume


1. Du Boulay (P.E.) Illustriss. archiepiscopo Paris. restitutam in integrum salutem gratulatur.
2. Cathedra Roennex ab Jo. Roenno, Rotomagensi, nuper Lutetiae fundata, ed uno in collegio sodalitiq; Sorbonae locata ad Splendidiss. M^{re}. Viridunum.
3. Lenglet (de) Regiae musae Sereniss. Delphino Xerium.
4. Lignières (de) De triumphali regis ed reginae ingressu in Urbem Oratio panegyrica.
5. Sonnet à l'occasion du Panegyrique du Roy, prononcé par le recteur de l'Université de Paris, sur les rimes proposées par l'Académie de Choloze.
6. Lenglet (de) Illustriss. Ludovico Phelypeaux de Pontchartrain Carmen.
7. is Magistri Antonii Baingues Bellovacii academici Parisiensis Apotheosis.
8. is In librum Joannis Quintinii De Cultu hortorum ex Gallico C. Perrault.
9. Illustriss. Viro Joan. Bapt. Colbert Schola Harcuriana Suplex.
10. Brodeau (J. S.) Ad Illustr. abbatem Lud. Claudium De la Chastre, cum Theses philosophicas propugnaret. Ode.
11. Herson. M. & Sereniss. principi F. A. abbati a Lotharingia theses philosophicas defendenti Carmen.
12. Fleury (J.) ad Illustriss. abbatem h. C. Du Cambout de Coislin theses philosophicas pro laurea artium in Regia Navarra defendentem 1682. Ode.
13. Dufour (G.) Illustriss. viro M. Le Cellier cum nobiliss. ejus ex filia nepos L. d'Aumond de Villeguier Theses philosophicas propugnaret in collegio Harcuriano. Ode.
14. Huillard (J.) Luxemburgica ed ultima expeditio
15. Cornbard (A. L.) Lessus in Obitum M. Le Cellier.
16. Rollin (C.) ad Illustriss. Virum F. M. Le Cellier Marchionem de Louvois cum ejus filius Camillus de Louvois, de Theocrito responderet Carmen.
- 16^{bis} Bosquillon Imitation des français de la pièce ci-dessus.
17. Lengletius Ad Musam; cum J. Juvenius ad gratulandum ecclesiae Parisiensi de pastore novo eleganti carmine invitaret. Ode.
18. Lenglet (de) Regi anglorum Jacobo Carmen.
19. Matthieu L. Magnanimo heroi Luxemburgensi duci, novam expeditionem Belgicam meditante Victoriae Vaticinium.
20. Rollin (C.) Illustriss. abbati C. Le Cellier de Louvois cum Theses philosophicas tueretur.
- 20 Bosquillon à M. l'abbé de Louvois sur la Theses qu'il dédie au Roy. Imitation des Vers latins de M. Rollin. Carmen.

21. Rollin. (C.) Illustriss. abbati C. Le Cellier de Louvois, in tabulam ab eo regi dedicatam,
cum theses philosophicas tueretur. Carmen.
- 21^{bis} Bosquillon à M. l'abbé de Louvois sur la thèse ~~qui~~ dédiée au Roy, Imitation des Vers latins
de M. Rollin
22. Mourain (H.) Ludovico Magno, cum ei post expugnatum Namurcum illustriss. abbas C.
Le Cellier de Louvois, theses philosophicas dedicaret. Ode.
23. de Bailly. (L.) Illustriss. henrico Feydeau de Bron, carmen panegyricum.
24. Couvilllard de Laval. (J.) Musae Marchionae Doctiss. et clariss. D. Joan. Couture hendecasyllabi.
25. H. L. In Ludovici magni orationem panegyricam quam dicebat Alexius Artus. Carmen.
26. Ogierdais (Dom Jer.) Traduction d'un poëme latin fait à la gloire d'Armand Gaston abbé de Rohan
de Loubisse à l'occasion du panegyrique de Louis le Grand par Firot.
27. us En second exemplaire.
28. Lenglet (de) Montes expugnati.
29. Firot. Clarissimo Viro Jacobo Leullier Carmen.
30. Firot Ornatisimo Claudio Leullier carmen.
31. us Doctissimo et ornatisimo Viro C. Rollin carmen.
32. C. F. S. Clarissimo Viro D. J. Couvilllard phalencus.
33. Firot. Clarissimo Viro D. D. Salomoni Trioux. Carmen.
34. Ecclesia parisiensis catulaunensem ecclesiam solatur de adempto praesule
querentem. Elegia.
35. Ad illustriss. L. A. de Noailles. Ode.
36. Symbolum heroicum.
37. Catulaunensis ecclesiae querelae post evectum ad sedem parisiensem illustriss.
L. Ant. de Noailles. Elegia.
38. Pestel (C.) Saeculi ultimi prosopopoeia.
39. us La description du dernier siècle.
40. us Jacobo Secundo Magnae Britanniae regi Mausoleum.
41. id Ekreni.
42. us In obitum sereniss. Philippi Borbonii aurelianensium ducis epigramma.
43. us Ad sereniss. principem D. Franciscum Rakotzy Dynasten Daciae, Carmen.
44. us D. O. M. Rhythmus.
45. us Ad nobilem et eruditum abbatem Petrum de Berulle cum publicas ac
universa philosophia theses propugnaret in Cardinalitio, Ode.
46. us In Statuam regiam equestrem epigraphae.
47. us Ad Rectorem. Ode.

48. L. R. E. D. Orangius dictis, factisque Cassus. Ee gallico Seraphini Regnieris.
 49. Reverendiss. Car. Franc. Maurino. Ode.
 50. In Miserum grammaticum cui efflagitanti sua divina opera erudita, tersa, polita, aurea dederat D. D. Nicolaus Boileau Despreaux. Variorum epigrammata.
 51. In reditum Philippi V ad Hispanias. Ode.
 52. Pestel. (P.) ad Illustriiss. Virum D. Nicolaum Desmaretz cum nobiliss. abbas Petrus Desmaretz ejus filius theses philosophicas palam propugnaret. Carmen
 53. us ad Illustriiss. Virum D. Nicolaum Desmaretz, cum nobilis et eruditus abbas Petrus Desmaretz ejus filius publicas de universa philosophia theses propugnaret in Cardinalio. Dialogus philosophia, Rhetorica Trama.
 54. us
 55. us Triumphus astreae, seu mariae Adelaidis augustae pacificae in Galliam adventus. Ecloga.







TRIUMPHUS ASTREÆ,
SEU
MARIÆ ADELAIDIS
AUGUSTÆ
PACIFICUS IN GALLIAM ADVENTUS.

E C L O G A.



*Os avidi laudum, & generoso sanguine venas
Inflati, mentem quibus altam inspirat Apollo,
O vates, Magni Herculeos celebrate labores,
Atque triumphatum pugnīs felicibus orbem;
Vestras bella decent, heroica turba, camænas:
Ast imbellis ego versu meliora minore
Cogito, pacificam modulatus arundine musam.
Non omnes dira arma juvant, horrorque tubarum.
Si refero ludos, ludi sint Principe digni:
Fas pacem canere, & pacis socios hymenæos.*

Viderat infandos Bellonæ Astræa furores,
Atque hominum indignata genus, sub inhospita lustra,



Saxa per & falebras , exul penetrarat ad Alpes.
 Ipse inter Martis strepitus , pia munera lucis
 Phæbus , opesque orbi solitas natura negabat.
 Nunc cum Franciadæ tandem mavortia ponunt
 Corda , jubente Deo , & belli deferbuit æstus ,
 Gravior ire dies , solemque reducere gaudet.
 Nunc redit & Virgo , redeunt cum Virgine Amores,
 Artesque , Probitasque , & pulsas Otia curis.
 Ut gravis incedit , quam se fert ore fereno
 Diva ! latus dextrum Pax aurea fulcit , Olivâ
 Cincta comas : genialis Hymen lævum obsidet , ignem
 Prætendens , viridique ornatus tempora Myrtho.
 Hinc atque inde Joci , zonâque Juventa solutâ ,
 Et Pudor , & Charites passim glomerantur in orbem.
 Antevolat rapidis Victoria nuntia pennis.
 Progreditur passu Majestas lenta superbo :
 Pone Furor sequitur , centum post terga revinctus
 Funibus , & lacerâ infrendet Discordia pallâ.
 Parte aliâ , cæli aspirant ; & pronuba Juno
 Nube sedens , thalami fausto beat omine tædas.
 Nec minus , ingeminans Parnassi Regia plausum
 Vivat io , exclamat , vivat cum Principe Nympha.
 Concinite ô Galli lætum Pæana frequentes.
 Magnus ab integro jam volvitur ordo dierum.
 Jam nova lux oritur : Saturnia regna recurrunt.
 Teque adeò decus hoc ævi , te conjuge , inibit ,
 Burgunde ; & sanctum incipiet procedere tempus.
 Te Duce , nulla doli suberunt vestigia prisca.
 Cana Fides tecum , & recti mens conscia latè
 Jura dabunt ; pleno florebit Copia cornu.
 Aspice pacatis Delphin ut ludit in undis.

Cerne laborantem sub Aprico sole Sabaudum
 Bombicem, & picto vernantem vellere Morum.
 En offert Batavus peregrinas navita merces.
 Incipiunt Gallis impunè coire Leones.
 Deplumes paulatim Aquilæ mitescere discent.
 Quin permixta rosis mox Lilia prædo Britannus,
 Et Pardum docilem, & domitam mirabitur Hidram.
 Aggredere ô tantos, tempus modò poscit, honores.
 Præclaro mundum recreasti Lucifer ortu,
 O Princeps; quem plena dies dabit ergo calorem.
 Quis vitet? via nulla tuis erit invia cœptis.
 Degeneres exosa procos Victoria jam te
 Asciscit Generum, Regum, longo ordine, stirpem.
 Jam sortem antevenis meritis, & laudibus annos.
 Macte, genus stellis, nomenque æquabis olympos,
 Solis Avi specimen, clarum Patris incrementum.
 Namque simul, labente ævo, te fecerit ætas
 Confirmata virum; & lucem mens norit Avitam:
 Tum socius Divis, Patribusque videberis Heros
 Additus; & famam spes, & spem gloria vincet.
 Ostendet LODOIX terrâque marique triumphos;
 Conjurata alii bellorum fœdera jungant:
 Burgunde, hæc stabili pepigerunt numine fata,
 Subjecto parces, expugnabisque rebellem,
 Communis Fideique ultor, Pacisque sequester.
 Seu juvat externis cumulare trophæa trophæis,
 Seu mavis patriæ monumenta antiqua tueri,
 Ecquid in austeram virtutem, aususque viriles,
 Et Pater exemplo, & verbis Socer excitet olim?
 En erit ut liceat digno mihi carmine nomen
 Ferre tuum, & natos, & qui nascentur ab illis

En erit illa dies, cum te Tyrrhena legentem
 Littora, vel relegentem Atavum vestigia mirer?
 O quantum sat erit, maneat mihi vita superstes!
 Regnantem placidè, & sedantem jurgia Regum
 Acer ad Eridanum, Tamesimque, ad Seras, & Afros
 Usque sequar votis, & lauro compita sternam.
 Interea bonus indulge: sine tempora circum
 Hanc inter festos Hederam tibi serpere flores;
 Et strepere hic ausim levis anser, donec acuti
 Alite protulerint meliori carmina Olores.

PARISIIS,

Canebat PETRUS PESTEL, Academicus.

